EVANGELIA DOMINICA=
LIA IN VERSICV=
los extemporaliter uerſa.

Autore

IOANNE SPANGEBERGIO

Herdeßiano,

Apud Northuſianos uerbi

Dei miniſtro.

Vitebergæ apud Geor=
gium Rhau.

Anno M. D. XXXIX.

Διστιχον Ex verbis Euangelij Marci 1. Reſi-
piſcite & credite Euangelio.

Heus miſeri et ſontes reſipiſcite credite Chriſto
Atq; Euangelicum concelebrate melos.

Τετραστιχον. Ex verbis Euangelij Matth. 11.
Venite ad me omnes.

Heus agite o miſeri duro ſub pectore preſſi,
Ad mea veloci currite ſancta pede.
En ego fœlici vos exaturabo quiete,
Et ſuperum in cetu premia digna feram.

BIBLIOTECA ROMA VITTORIO EMANUELE

MODESTO ET STVDIO-
ſo adoleſcenti Iuſto Ionæ optimi viri
D. Doctoris Iuſti Ionæ filio
S. D.

TAmetſi chariſſime Iuſte, parẽ-
tem habeas domi, cum pium, tum eruditum, cuius ingeni-
um, ſtudia, mores, Orationis deniq; ſplendor & fœliciſſima copia vbiuis terrarum relucent, Siſq; ea in vrbe, vbi videre licet homines inſig-
nes, audire pios, conuerſari eruditis & in omniũ rerum ſcientia peritiſſimis, a quibus ſemper & melior & eruditior abire potes, vt profecto non opus fue-
rit me tuis ſtudijs calcaria adhibuiſſe, q alias in bonarum literarum ſtudio ſpon te decurrere ſoles, Propter multa tamen parentis tui optimi viri erga me benefi-
cia, & ob ſingularem tuam in bonas lite ras diligentiam non potui ceſſare, quin meam erga te voluntatem munere ali-
quo declararem, Idq; potiſſimum ea de cauſa, Nam quum parens ante annos a-

liquot ob peſtis furorem ageret in pa-
tria, valde mihi placuit tua indoles, et quoties tenellum tuum contemplarer vultum, his verbis omnia tibi ſemper fauſta precabar. Macte puer virtute animi comitare parentem. Nec prorſus ſane me fefellit iſta precatio. Quare cum videã te nunc ſummam nauare operam in omni diſciplinarum genere, volui quoque hoc munuſculo te ad ſacrarum literarum ſtudia inuitare, vt aliquando Deo propitio ęques filius patrem, Poeta poetam, Theologus theologum. Nõ hic offendes fateor, quòd Maronis oleat lucernam. Extemporarium eſt quod do no, quod horis quaſi ſucciſiuis, cum interquieſcere omnino non licuit, potius effudi quam edidi. Proinde quantum fieri potuit, ad Euangeliſtarum verba proxime acceſſi, quare nec multũ quoque peregrini ornamenti infarciui. Tu quicquid hoc eſt, optime adoleſcens, boni cõ ſule & vale. Northuſiæ 1538. primo Nouembris.

Ioannes Spangeberg

DOMINICA PRIMA ADVENTVS. Matthei XXI.

CHriſtus vbi cliuum montis conſcen-
dit oliuæ,
E ſocijs binos mittit, q̄bus iſta pro-
fatur.
Ite in caſtellū, q̄d coram cernitis, ite.
Hic aſinam et pullum ſolitum ad præſepe ligatos
Inuenietis ait, confeſtim adducite, Si quis
Forte rogat, veſtro narrate opus eſſe magiſtro,
Mox dimittet eos. Hi iuſſa fideliter implent,
In biuio ſoluunt pecudes, De aſtantibus vnus
Quid facitis dixit ſoluentes pullum aſinamq́;?
Illi, vt prædocti, dicunt opus eſſe magiſtro,
Adducunt, veſtemq́; locant, prebentq́; ſedendū
Obuia ſaluifico recinit plebs cantica Chriſto,
Et virides reſecat frondes, terramq́; coronat
Floribus, & magna Chriſtum cum laude ſalutat.
Quaq́; iter eſt Chriſto, populi exultātis amictus
Sternitur, & pueri Dauid de germine regem
Ore canūt, ducūtq́; choros, geminātq́; triūphos,
Gloria in excelſis, pax in cœleſtibus aulis,
Nomine qui venit in domini, rex ſit benedictus
Sic Solymorū vrbē Chriſtus penetrauit aſello,
Et templum ingreſſus docuit mandata parentis.

DOMINICA II. ADVENTVS
Lucæ XXI.

IN Sole & Luna & ſtellis ingentia fient
Prodigia, in terris populi preſſura timentis
Præ ſonitu & magno tabeſcent æquoris æſtu
Tunc veniet Chriſtus iudex in nubibus altis,
In virtute Dei, atq; in maieſtate potenti.
Hæc vbi ſigna aderunt, oculos attollite læti,
Reſpicite, atq; meis ſurſum qui fiditis armis,
Nam veſtra in cœlis & vita ſaluſq; ꝓpinquant
Sicut vbi ficus vernali germinat aura,
Non procul æſtatis declarat adeſſe decorem,
Sic fatis oſtendunt ea ſigna nouiſſima mundi,
Et prope adeſſe Dei regnū immortale potentis.
Omnia tranſibunt, ſemper mea verba manebunt.

DOMINICA III. ADVEN.
Matthei XI.

VInctus Ioannes cum facta audiſſet Ieſu,
Diſcipulos miſit binos, qui talia promant.
Tu ne pios homines veniſti ſoluere Chriſte?
An poſt hac ſupereſt aliam ſperare ſalutem?
Ferte, ait, hęc veſtro, Chriſtꝰ, reſponſa magiſtro,
Lumina cęca vident, vox redditur optima mutis

Incedunt

Incedunt claudi, ſurdis reſerantur & aures,
Lurida lepra fugit, defunctaq; corpora ſurgunt,
Pauperibus vitæ æternæ bona nuncia dantur,
Et fœlix fuerit qui non offenſus in illo.
Hinc ait ad populũ Chriſtus, qd quæſo videre
Mollibus indutum incultas veniſtis in oras?
Mobilis hic nõ eſt quæ a vento agitatur arundo
Hic verus vates, de quo dixere Prophetæ,
Quem pater ante ſuum completo tẽpore gnatũ
Præmittit formare viam, reuocare vagantes
Dico etenim vobis, Inter natos mulierum
Maior in hoc mundo ſurrexit nemo Ioanne.

DOMINICA IIII. ADVEN.
Ioannis I.

IVdei a Solymis templi miſere miniſtros
Quęrere Ioannẽ, num ſit Chriſtus, vel Helias,
Aut aliquis vatũ. Reſpondit, Vox ego clamans
Dirigite heus callem Domino, ſit recta viarum
Semita, mox aderit Chriſtus dominuſq; Deuſq;.
Cur, igitur dicunt, ſi non Chriſtus vel Helias,
Abluis omnigenam ſacro baptiſmate plebem?
Reddit Ioannes, maculas in flumine purgo
Sed medius veſtrũ ſtetit, hic ſpiramine ſancto,
Et flammis hominum purgabit pectora ſpurca

Cuius vincla pedum nō ſum contingere dignus.
Bethbara conſpexit facta hæc ad Iordanis amnē.

IN NATALICIIS CHRISTI.
Lucæ II.

MIſerat edictum ſubiecta per oppida Cæſar,
Et redigi in ſcriptis totū mandauerat orbē
Ergo omnes ibant nomen cenſumq; daturi
Pręſidibus, venit ad Dauidis mœnia Ioſeph
Cōiuge cū grauida, mox iſto in tēpore Chriſtus
Naſcitur intacta Maria de virgine Ieſus.
Suſcipit infantem mater, panniſq; volutum
In pręſepe locat, iumentorumq; ſub ora.
Hac regione pecus vigiles tenuere per arua
Paſtores, cœlo quibus angelus aſtitit alto.
Ponite corde metum, dixit, noua gaudia porto.
Nam vobis hodie eſt natus Dauidis in vrbe
Saluator mundi, vobis hoc ſumite ſignum,
Infantem vili cinctum inuenietis amictu.
Ilico diuorum ſe adiunxit turba canentum
Gloria in excelſis ſit ſummo æterna parenti,
Pax noua terrigenis, bona ſemper vbiq; volūtas.
Cœtus vt angelicus cœli ſecreta reuiſit,
Paſtores Bethlehem veniunt, puerumq; iacentē
Cū matre in ſtabulo offendunt panniſq; volutū.

Vndiq;

Vndiq; mox tanti ſpargunt miracula facti,
Laudanteſq; Deum voto, in ſua ſepta redibant.

DOMINICA NATIVItatis. Lucæ II.

MIrantur Chriſti ſenioris dicta parentes
At benedixit eis, matriq; infanda canebat
Heus puer iſte tibi fletus lachrimaſq; ciebit.
Huius ad aſpectum multi ſurgentq; caduntq;,
Huic populo infandum contradicetur ab omni,
Perq; tuum pectus gladius tranſibit acutus
Idq; ideo vt cordis multorum occulta pateſcant.
Anna aderat longæua, Deo quæ coniuge functo
Sedula ſeruiuit templo noctéſq; dieſq;.
Hæc Chriſtũ agnouit, cunctiſq; inculcat Ieſum.
Omnibus expletis, patrios petiere penates.
Et puero accreuit ſapientia ſumma parentis
Omniaq;, in vultu & verbis, veneranda nitebant.

CIRCVMCISIONIS Domini. Lucæ II.

IAm pueri octauam voluebant ſidera lucem,
Indigenæ iuxta morem legeſq; paternas
Inſontis pueri, genitalia membra ſecantur

Impoſitumq; illi eſt pręclarum nomen Ieſus,
Quod quondam Marię predixerat angelus alto,

EPIPHANIAE.
Matthei. II.

CVm ferus Herodes Regalia ſceptra teneret,
En noua ab Eoo præclari luminis orbe.
Stella Magos duxit, Chriſti ad pręſepia nati.
Hieruſalem veniunt, ſeſe vidiſſe fatentur.
Stellam regalis pueri, ſtupet impius, & mox
Pontifices vocat & Scribas, ſcrutatur ab illis,
Quod Chriſti natale ſolū: quo ſanguine cretus:
Illi confeſtim monſtrant vatemq; locumq;.
Clā vocat ille Magos, ſcrutans bñ tēpus & horā
Sideris exorti, hinc Chriſti ad cunabula mittit
Callidus, & rabido ſeruans ſub pectore vulpem.
Vt regē audierant, pergunt Dauidis ad vrbem,
Tecta ſubintrantes Chriſtū reuerenter adorant
Qui poſtq̄ puero nato tria dona dedere,
Aurū, Thus, Mirram, regiq;, hominiq;, deoq;.
Reſponſo in ſomnis accepto cœlitus, inde
Ad patrios aliud per iter rediere penates.

PVRIFICATIONIS
Mariæ.

Purgari

PVrgari genitrix veterum de more volebat
Attulit in tēplū venerāda puerpera Chriſtū.
Munera pro gnato pullos de more columbæ
Obtulit, hęc inopum fuerat tunc hoſtia matrum.
Ecce fuit Solima ſenior venerandus in vrbe
Vir pius expectans populiq; ſuamq; ſalutem
Huic reſponſa dedit de cœlo ſpiritus almus,
Non ſe viſurum mortem ſupremaq; fata,
Ni prius aſpiciat mortali in corpore Chriſtum.
Pneumatis hic monitu ſacras inuiſerat ædes,
Et puerum allatum tremulas accepit in vlnas,
Dulce Deo carmen ſincero pectore promit.
Nunc pater alme tuum dimitte in pace miniſtrū,
Vidimus his oculis & contrectauimus vlnis
Chriſtū, quē populo ſtatuiſti in carne videndū
Vt noua lux foret, & Iudeæ gloria plebis.

DOMINICA PRIMA POST Epipha. Lucæ. II.

IN puero poſtq̄ bis ſex abiere decembres,
Ad feſtum Paſchæ de more iuere parentes.
Intrabant ſanctum dulci cum pignore templum.
Completis ſacris patriam petiere parentes
Sed puer in templo diuino numine manſit
Doctoresq; docēs tenuit problemate legis,

Anxia

Anxia tres illum genitrix noctesq; diesq;
Inter cognatos quęrit per rura, per vrbem.
Tertia lux postq̃ rediit, quęrentibus vltro
Seſe offert templi in medio, tum talia fatur.
Quid precor his lachrymis męſti me q̃ritis, an nõ
Quæ facienda mihi, veſtras peruenit ad aures?
Sic ait, & patrios petiit cum matre penates.

DOMINICA II. POST Epipha. Ioannis. II.

FEſta Galileis genialia aguntur in oris,
Cum ſociis aderat Chriſtus, ſic mater Ieſu
Deficiente mero, gnatum ſermone precatur,
Et queritur ſponſo vini nihil amplius eſſe
Quid mihi ait tecum? mea nondũ venerat hora
Sed genitrix duris nihil eſt exterrita verbis,
Heus agite o famuli, quę vobis iuſſerit, inquit.
Vaſcula ſex illic fuerant de more repoſta,
Hæc iuſſit Chriſtus compleri largiter vndis.
Imperio ſerui parent, & vaſcula complent,
Nec mora Chriſtus ait, haurite & porgite poclũ
Architriclino, qui dum guſtaret hiachum
Tam dulcem, ignarus rerum culpauit acerbe
Sponſum, q̃ vinum ſeruarit dulcius vſq;.
Tum primum cœpit Deus innoteſcere mundo.

Dominica

DOMINICA III. POST Epipha. Matth. VIII.

MOntis in abrupto quum declamaſſet Ieſus,
Scandit in apricos turbis cōitantibus agros.
En miſer occurrit gemitu leproſus acerbo,
Procidit ante pedes Domini, ſupplexq; precatur.
Me pie pręceptor, ſi vis, mundare valebis.
Chriſtus ait, mundare volo, ſis mundus, abito,
Atq; ſacerdoti te oſtendas more vetuſto.

DOMINICA IIII. POST Epipha. Matth. VIII.

IN nauim Chriſtus ſocijs comitantibus intrat,
Tū pelago deſęuit hyems, tū ventus & vndæ
Intumuere, ratem medijs in fluctibus vrgent.
Nauis in ęquoreis titubat quaſſata procellis.
Interea in puppi ſomnum carpebat Ieſus
Diſcipuli accedunt timidi Chriſtumq; precātur
Heus bone pręceptor, num tanta periculacernis?
Num tibi de nobis cura eſt? exurge magiſter,
Aequoris irati nos turbine libera ab omni.
Chriſtus ad hęc, quā parua, inqt, fiducia vobis?
Surgit & Aeolijs ventis tumidiſq; procellis
Imperat, & ſolo verbo tumida æquora placat.

DOMINICA V. POST Epipha. Matth. XIII

RVricolæ ſimile eſt regnum cœleſte ſerenti,
Qui bona fœcundis cōmittit ſemina glebis.
Sed cum nocte ſilent homines, inimicus agello
Infœlix lolium & ſteriles inſpergit auenas.
Iam ſpicata ceres, lolio vitiata, reſurgit,
Compellant ſerui dominum, mirantur, & aiunt,
En bona fœcundæ mandaſti ſemina terræ,
Vnde igitur loliū & ſteriles dominantur auenæ?
Si vis, triticeum purgabimus ocius agrum
Reſpondit placido dominus ſermone, ſinamus
Creſcere cum lolio frumentū, at tempore meſſis
Exuri lolium connexo faſce iubebo,
Plenaq; triticeæ complebunt horrea meſſes
Verba quid hæc ſignent, clare depromit Ieſus.
Filius eſt hominis qui mandat ſemina terræ,
Mundus ager, ſemen ſincerum turba piorum,
Infœlix lolium ſeducti dæmonis arte,
Hoſtis ad hæc dæmon, eſt meſſis terminus orbis,
Spirituumq; chori meſſores atq; miniſtri,
Hos pater omnipotens mundi ſub fine iubebit
Colligere e regno errores & ſcandala Chriſti.
Sed iuſti vt Solis fulgebunt ſplendor in aſtris,
Et capient ſummi cœleſtia gaudia regni.

Dominica

DOMINICA SEPTVAGEſimæ. Matth. XX.

MAne viros operum conducere vinitor ibat,
Et quos offendit pacta mercede laboris,
In fundum prodire iubet, ſic fecerat horis
Et reliquis, & quos offendit, abire iubebat.
Phebus vbi vndecimam curſu perfecerat horam,
Offendit ſimiles, duro quos increpat ore
Quid precor hic tota torpetis ad ocia luce?
Illi confeſtim, quia non conduxerit vllus.
Ite ait extemplo mea nunc vineta colendum
Preſtabo & vobis, fuerint quæ premia iuſta.
Et iam ceruleis Titan dimergitur vndis,
Conductos ſeruos vocat, & ſua premia reddit
Omnibus æqualem mercedem vinitor addit.
Primi indignantur, ſimiles quod fœcerat illos
Extremis, dominũ culpantes murmure magno
Huic autem imprudens animum q culpat herilẽ,
Heus age quę tua ſunt tibi tollito, vinitor inquit,
An mihi non liceat dare, quę volo, munera cuiq;
An quia ego ingenuus, tu oculis nõ reſpicis æqs
Sic primi extremi fient ſub iudice Chriſto.

DOMINICA SEXAGESIMAE. Lucæ. VIII.

Iam

IAm turbæ paſſim cunctis de finibus adſunt,
Tota ex vrbe fluūt populi et ſtant littora circū
Confeſtim e naui depromit talia Chriſtus.
Ruricolæ Regnum ſimile eſt cœleſte fideli,
Optima qui proprio commendat ſemina ruri.
Pars cadit in calles, auibus preda iſta futura eſt,
Aut cōculcatur pedibus pecudumq; hominūq;
Pars in petroſum glebis ſitientibus agrum,
Hæc ad feruorem tabeſcit portio ſolis
Pars inter ſpinas lappas tribulos & arenam,
Hanc ſpinoſus ager, ſpinarumq; obruit horror.
Sed quæ frugiferis mandantur ſemina glebis,
Luxuriant plena multo cum fœnore fruge.
Diſcipuli, iſtorum quę ſint arcana, rogabant.
Sunt data noſſe, inquit, vobis miſteria regni,
Sit ſatis exemplis aliȷs vulgaribus vti
Ne ſi crediderint cœli potiantur honore,
Accipite ergo animis, quis ſit de ſemine ſenſus.
Quod cadit in callē, verbū eſt, q̄d carpitur aure,
Sed rapit auditum vacuo de pectore dæmon.
Quod cadit in petram carnali carpitur aure,
Et tamen in cordis nunq̄ diffunditur aures.
Nam ſi aduerſa premunt, mox a pietate recedunt.
Quod cadit in ſpinas, conſpurcat auara voluptas,
Et curæ triſtes, & opum furioſa libido.
Quod cadit in pinguem fœlici ſidere terram,

Hi ſunt

Hi ſunt iucundo qui captant pectore verbum,
Omnigenoſq; parit virtutis robore fructus.

DOMINICA QVINQVAgeſimæ. Lucæ. XVIII.

BIſſenos clam diſcipulos aſſumpſit Ieſus
Ecce modo Solimas inqt cõſcendimus arces,
Filius hic hominis, quicquid ſcripſere Prophetæ
Strennuus implebit manibus tradendus iniquis
Scribarum, procerumq; feret conuicia multa,
Affixuſq; cruci mortem patietur acerbam.
Poſt triduum nigro viuus remeabit ab orco.
Nec mora, cũ veniũt veteris Hierichuntis ad arua
Et ſedet ad callem infœlix mendicus, & orbus
Luminibus, populo ſic prętereunte rogabat,
Quid ſibi tanta velint commertia plebis euntis,
Dixerunt illi, quia pertranſiret Ieſus,
Mox miſer in tales voces prorupit. Ieſu
Progenies Dauid, miſeri miſerere precantis.
Sed cum clamantem argueret, quę turba preibat,
Quæq; ſequebatur, verbis magis inſtat eiſdem.
Heus bone Chriſte p̄cor, miſeri miſerere precãtis.
Quid tibi vis fieri? promit Saluator, at ille
Rabuni vt videam. Tum Chriſtus, reſpice, dixit,
Te tua certa fides fecit ſaluum atq; videntem.

Confeſtim vidit, dominumq; ſecutus Ieſum eſt,
Et cecinit domino plebs toto pectore laudes.

DOMINICA QVADRAGESIMAE.
Inuocauit. Matth. IIII.

IN deſertū agitur Chriſtus, ſtabula alta ferarū,
Vt fallax habeat tentandi ſpiritus anſam.
Quadraginta eſu caruit nocteſq; dieſq;,
Eſuriȷt tandem, mox hunc Tentator adibat.
Heus, ait, æterni es proles ſi vera parentis,
Dic lapides iſti vt panes alimentaq; fiant.
Chriſtꝰ ad hęc. Scriptū eſt, nō ſolo in pane ciboq;
Viuit homo, at verbo qđ manat ab ore tonātis.
Tunc aſſumpſit eum verſuto pectore dæmon
In Solimas arces ducens Templumq; Sionis,
Thurecremi hūc ſtatuit prę celſo in culmine tēpli
Heus, ait, ętherei es proles ſi vera parentis,
Aera per vacuum te nunc demitte deorſum,
Scriptū eſt, cœlitibus de te mandaſſe parentem,
Vt manibus tollant, perq; omnia deuia ducant,
Ne quando ad lapidem poſſis offendere plantas.
Chriſtꝰ ad hęc, memini ſic ſcriptū in lege tonātis
Non temere ſummum debes tentare tonantem.
Rurſus in excelſum rapit hunc ꝑ nubila montē,
Momentoq; breui oſtendit mundi omnia regna.

Hæc

Hæc tua ſint dixit, ſi me reuerenter adores
Poplitibus flexis. Tunc verbis Chriſtus acerbis,
Vade Sathan, ſcriptũ eſt diuino in codice legis,
Vt pius ętheream dominum reuerenter adoret,
Seruiat huic ſoli, recinat quoq; vota preceſq;
Dęmone ſic pulſo, conceſſit cœlica turba.

DOMINICA REMINISCERE.
Matth. XV.

SYdonis atq; Tyri partes intrauit Ieſus,
Ad cuius plantas Cananeæ fęmina ſtirpis
Voluitur, & precibus Chriſtũ interpellat amicis.
Heus domine & fili Dauid, miſerere precantis,
Nam male torquetur mea gnata a dęmone ſęuo.
Ille nihil lachrimis miſera nec voce mouetur.
Diſcipuli accedunt precibus lenire tacentem.
Heus pie clamantē poſt nos dimitte, precamur.
Chriſt⁹ ad hęc. Sũ miſſus oues q̃s perdidit error
Colligere, & verbo cœleſti reddere ouili.
Fœmina ſed tacitum nõ deſerit anxia Chriſtum,
Confer opem miſerę gnatę, ſic crebrius inſtat.
Indignum eſt reddit, gnatorum ſumere panem,
Et dare ſordifluis canibus, ſpurciſq; moloſſis.
Eſt vt ais, dixit mulier, tamen eſca catellis
Sunt micæ domini, menſa tribuente cadentes

O mulier tua magna fides, reſpondit Ieſus,
Quod tibi vis fiat, nacta eſt mox gnata ſalutem.

DOMINICA OCVLI.
Lucæ. XI.

LAnguores hominum varios curauit Ieſus,
Inter quos atri congreſſu dæmonis, orbum
Et lingua & viſu curauit dæmone pulſo.
Mirantur turbæ multum vt videre loquentem
Pars miranda petunt cœli de culmine ſigna,
Pars ditem pepuliſſe ferunt in principe auerni.
Blaſphemis iſtis multis reſpondit Ieſus,
In ſe diuiſum Regnum vaſtabitur omne
Si Dis Plutonem pellit, ſua regna peribunt.
Si Sathanam, vt fertis, depello Beelzebub armis,
In quo Plutonem propellunt pignora veſtra?
Si vero in digito Domini depello malignum,
Certo in vos veniet regnum patris omnipotẽtis.
Fortis vt armatus ſua firma palatia curat,
Pace bona, in regno q̃ poſſidet, omnia durant.
Fortior at veniens prędam illi diripit omnem.
Qui non eſt mecum, contra me pugnat in armis,
Congregat & qui non mecum diſpergit & errat.
Spiritus infœlix humano a corpore pulſus,
Vt requiem inueniat deſerta inculta pererrat,

Sed

Sed nullam offendens, hęc ſecum fatur, & inquit,
Vnde abij redeam? veniens cum complice turba,
Ingreditur rurſus, totumq; exturbat homulium.
Vltima ſic fiunt peiora prioribus huius.
Cumq; ita turba ſacro Chriſti penderet ab ore,
Extulit e populo ad Chriſtū pia fœmina vocē,
O fœlix venter qui te portauit Ieſu,
Et quæ ſuxiſti diuinis vbera labris.
Imo beatus erit, dixit, qui corde fideli,
Audit verba mea, & vita teſtatur in omni.

DOMINICA LETARE.
Ioan. VI.

TRans mare ſeceſſit Galilęas Chriſtus in oras,
Et deſerta petens, populi comitante caterua,
Reſtituit quorum ægrotos virtute ſuperna,
Tranſit in excelſum deſerta per inuia montem,
Cum ſocijs orans, tenera hic requieuit in herba.
Vidit vbi populi tantam veniſſe cohortem,
Nec ſupereſſe cibum, turbam miſeratus egentem,
Conuocat in cętum ſocios, dicitq; Philippo.
Quo precor ęre dapes mercabimur? idq; loquut⁹
Vt tentaret eum, nam quod facere ipſe volebat,
Iamdudū agnouit. Tū reddit ab ore Philippus,
Si nummos forſan numeres pro pane ducentos,

Non ſat erit capiat ꝙ panis quiſꜛ puſillum.
Tunc pius Andreas, Eſt hic puer, inquit, Ieſu,
Qui geminos piſces & panes quinꜛ recondit
In gremio, at nihil eſt in tantã frangere plebem?
Tum Chriſtus ſatis eſt, inquit, diſcumbere turbã
Vos facite, in tenera confeſtim graminis herba.
Diſcubuere igitur tunc milia quinꜛ virorum.
Suſpiciens Chriſtus cœlum & genitore vocato,
Ipſe duos piſces & quinꜛ ex ordine panes
Diuidit, & pręſtat ſocijs, Hi rurſus in omnes
Donant, & dapibus cuncti ſatiantur opimis.
Colligere hinc Chriſt⁹ mandat fragmenta ciborũ
Ne pereant, corbes mox quos fragmine cõplent
Diſcipuli, hoc viſo, plebs tota erumpit & inquit,
Hic vere vates ille eſt venturus in orbem.

DOMINICA IVDICA.
Ioannis. VIII.

QVis p̄cor ex vobis me criminis arguet acti,
Si verum dico, mihi cur nõ creditis inquit,
Audit verba Dei, ſuperum prognatus ab arce.
Contra faſtidit, nigro qui venit ab orco.
Vos Plutone ſati contemnitis Enthea verba.
Reſpondent rabidi, Nunquid bñ dicimus, actũ
Te furijs, atꜛ inferno Plutone creatum?

Chriſtus

Chriſt⁹ad hęc, nō me exagitat furor impius orci,
Sed veneror ſupplex cœleſtē ex corde parentē
Vos autem præter cauſam conuitia fertis,
A vobis temere prauis non ambio honorem
Eſt pater in cœlis, qui me veneratur, amatq;,
Sed dico vobis, ſi quis mea verba recondit,
Et memori ad vitæ metas in pectore ſeruat,
Non hic more hominum mortē guſtabit amarā.
Tū rurſus miſeri, nunc primū agnouimus aiunt,
Te furijs actum. Namq; occubuere Prophetæ,
Abrahamuſq; ſenex, Dñi haud vulgaris amicus,
An tu illo infœlix melior? Quē te facis ipſum?
Chriſtus ait, ſi nunc me euexero laudibus ipſum,
Gloria nulla mea eſt, Pater eſt qui me veneratur,
Quem vos vt dominū colitis, ſed pectore falſo.
Ipſe pater veſter cupiebat corde fideli,
Vt poſſet ſpectare dies in tempore noſtros,
Viderat exultans. Rabidi tum vocibus inſtant,
Quinquaginta aiunt nondum cōpleueris annos,
Et temere Abrahami vultus vidiſſe fateris.
Chriſt⁹ ad hęc, p̄or ipſe fui q̄ Abraham⁹ adeſſet.
Tum ſubito ad lapides currūt ad ſaxa frementes,
Vt iacerent in eum, Tanta eſt inſania gentis.
At ſeſe abſcondit Chriſtus, templumq; reliquit.

PALMARVM.

Vide Dominica Aduentus.

IN COENA DOMINI.
Lucæ. XXII.

ACcubuit Chriſtus cum diſcipulis duodenis,
Inqt, iãdudũ cęnã hanc, mihi corde ſedebat
Sumere vobiſcum, legemq́ꝫ implere, priuſquam
Terribilem patiar crudeli vulnere mortem.
Et pane accepto, poſt multa precamina frangit,
Et donat charæ ſanctiſſima munera turbæ.
Accipite has epulas, & puro ſumite corde,
Hocce meum eſt corpus, dixit, ꝓ crimine mundi
Quod datur in dirã multo cũ ſanguine mortẽ.
A cæna calice accepto partitur in omnes
Diſcipulos, dicens. Hoc ſanctum ſumite poclũ,
Hic meus eſt ſanguis, pro multis qui redimendis
Fundetur populis, & noxam diluet omnem.
Hunc panem quoties editis, calicemq́ꝫ bibetis,
Vos ſemper noſtri memores eſtote laboris.

¶ Pars ſupereſt cœpti, pars eſt
exhauſta laboris.

DOMINICA PASCHAE.
MARCI VLTIMO.

Sabbatum vbi feſtiua dies tranſiſſet ab orbe,
Matronæ precio mercantur aromata magno.
Mane ſacrum Chriſti venientes vngere corpus.
En terram motus concuſſit protinus omnem,
Angelus & Domini ſummo deſcendit olympo,
Accedens lapidem tumuli de limine voluit.
Vt fulgur facies, vt nix præfulſit amictus,
Præq; metu veluti exangues iacuere miniſtri.
Iamq; iter emenſæ medium, ſecũ iſta loquuntur,
Quis lapidem nobis deuoluet ab ore ſepulchri?
Et dum reſpiciunt, ſaxum videre volutum.
Intrantes tumulum, e ſuperis videre ſedentem
In dextris iuuenem, niueo velamine comptum
Horreſcunt viſu matres, quibus angelus inquit.
Ponite corde metum, lætoſq; reſumite vultus,
Hoc ſcio ꝙ Chriſtum crucifixum quæritis, Ecce
Hic locus, hic fuerant ſanctiſſima cõdita membra
Surrexit, vitamq; extincta morte recepit.
Ite citi, atq; meis hæc dicite fratribus, ite.
Ecce Galilęas vos vos præcedet in oras.
Hic dudum vt vobis dixit, ſpectabitis ipſum,

B v Quaſi

QVASI MODO GENITI.

Ioannis. XX.

CHriſtus vbi nigro venit rediuiuus ab orco,
In clauſa trepidis confratribus aſtitit æde
Pace ſalutatos fratres confirmat,& inquit.
Me pater vt miſit, ſic vos ego in omnia mittam.
Fratribus hæc dicens, diuinum inſpirat amorem.
His vero Dydimus Thomas non adfuit horis,
Aſt alij dicunt redeunti, viuere Chriſtum.
Ille ait,haud credam,videã niſi vulnera ocellis,
Atq; cicatrices tangam manuumq; pedumq;,
Inq; latus Domini mittam digitoſq; manuſq;.
Iam rutilos octaua dies produxerat ortus,
Cũcti aderãt, Didimuſq; ſimul. Tũ Chriſt9 Ieſus
Intrat in occluſas cœleſti numine ſedes.
Conſtitit in medio viuus,fratreſq; ſalutat.
Deinde ait ad Didimũ,tu nũc mea vulnera cerne,
Credulus,inq; meum digitos latus infer apertũ.
Confeſtim Thomas procumbens poplite flexo,
Tu pius, exclamat,meus es Dominuſq; Deuſq;.
Chriſtus ad hęc poſtq̃ me vidiſti,inquit, ocellis
Credis,nec dubitas,Sed terq; quaterq; beati,
Qui ſacris facilem prębent ſermonibus aurem.

MISERICORDIA DOMINI.

Ioannis. X.

Sum

SVm bon⁹ ille ouiū paſtor, veruſq; magiſter,
Qui pro diſcipulis, ouibuſq; ouiūq; magiſtris
Sponte crucem ſubeo, mortem paſſurus acerbā.
At vero infœlix eſt mercenarius omnis,
Cuius oues nō ſunt proprię, videt eminus hoſtē,
Atq; lupum in pecudes ſeuire, & ſternere turbā,
Mox dimittit oues, fugit & per prata, per amnes.
Tum lupus imbelles agnos inuadit, oueſq;,
Et lacerat, perdit, mactat, vorat, obruit, auffert.
Sum bonus ille ouium paſtor, veruſq; magiſter.
Semper oues agnoſco meas, & noſcor ab illis.
Me pater vt nouit, charumq; agnoſco parentem,
Sic agnoſco meas, vitamq; miſerrimus vltro
Pro grege commiſſo, per mille pericula ducam.
Sunt & oues aliæ non his ab ouilibus, inquit,
Quas reddam turbæ verbi virtute priori,
Et facilem noſtris prębebunt vocibus aurem,
Sic q̄q; erit tandem grex vnus, paſtor & vnus.

IVBILATE.
Ioannis. XVI.

TEmpus erit, q̄ me iam non ſpectare licebit,
Namq; crucifixus moriar, cōdarq; ſepulchro.
Poſt modicū rurſus me vos ſpectabitis omnes,
Nam vado ad patrē, veniens rediuiuus ab orco.

His

QVASI MODO GENITI.

Ioannis. XX.

CHriſtus vbi nigro venit rediuiuus ab orco,
In clauſa trepidis confratribus aſtitit æde
Pace ſalutatos fratres confirmat,& inquit,
Me pater vt miſit, ſic vos ego in omnia mittam.
Fratribus hæc dicens, diuinum inſpirat amorem.
His vero Dydimus Thomas non adfuit horis,
Aſt alij dicunt redeunti, viuere Chriſtum.
Ille ait, haud credam, videā niſi vulnera ocellis,
Atq; cicatrices tangam manuumq; pedumq;,
Inq; latus Domini mittam digitoſq; manuſq;.
Iam rutilos octaua dies produxerat ortus,
Cūcti aderāt, Didimuſq; ſimul. Tū Chriſt9 Ieſus
Intrat in occluſas cœleſti numine ſedes.
Conſtitit in medio viuus, fratreſq; ſalutat.
Deinde ait ad Didimū, tu nūc mea vulnera cerne,
Credulus, inq; meum digitos latus infer apertū.
Confeſtim Thomas procumbens poplite flexo,
Tu pius, exclamat, meus es Dominuſq; Deuſq;.
Chriſtus ad hęc poſtq̄ me vidiſti, inquit, ocellis
Credis, nec dubitas, Sed terq; quaterq; beati,
Qui ſacris facilem prębent ſermonibus aurem.

MISERICORDIA DOMINI.

Ioannis. X.

Sum

SVm bon⁹ ille ouiū paſtor, veruſq; magiſter,
Qui pro diſcipulis, ouibuſq; ouiūq; magiſtris
Sponte crucem ſubeo, mortem paſſurus acerbā.
At vero infœlix eſt mercenarius omnis,
Cuius oues nō ſunt proprię, videt eminus hoſtē,
Atq; lupum in pecudes ſeuire, & ſternere turbā,
Mox dimittit oues, fugit & per prata, per amnes.
Tum lupus imbelles agnos inuadit, oueſq;,
Et lacerat, perdit, mactat, vorat, obruit, auffert.
Sum bonus ille ouium paſtor, veruſq; magiſter.
Semper oues agnoſco meas, & noſcor ab illis.
Me pater vt nouit, charumq; agnoſco parentem,
Sic agnoſco meas, vitamq; miſerrimus vltro
Pro grege commiſſo, per mille pericula ducam.
Sunt & oues aliæ non his ab ouilibus, inquit,
Quas reddam turbæ verbi virtute priori,
Et facilem noſtris prębebunt vocibus aurem,
Sic q̄q; erit tandem grex vnus, paſtor & vnus.

IVBILATE.
Ioannis. XVI.

TEmpus erit, q̄ me iam non ſpectare licebit,
Namq; crucifixus moriar, cōdarq; ſepulchro.
Poſt modicū rurſus me vos ſpectabitis omnes,
Nam vado ad patrē, veniens rediuiuus ab orco.

His

His ſuper attoniti fratres dixere, quid illud,
Quod dicit, modicum me non ſpectare licebit?
Et rurſus, modicum me vos ſpectabitis omnes?
Quid loquitur certe neſcimus. At ille vbi vidit
Attonitos fratres, vltro dubitantibus infit.
Heſitat vſqꝫ meis cor veſtrū in vocibus, aurem,
Prebete, en vobis quæ ſit ſententia dicam.
Flebitis heu miſeri, ſed mundus iubila promet,
At lachrimas veſtras Deus in pia gaudia uertet.
Vt mulier puerum cum parturit, inſtat & hora,
Sollicitis premitur curis, varioqꝫ dolore.
Cum vero in mundū eſt enixa puerpera ꝓlem,
Amplius haud meminit preſſuræ, gaudia ꝓpter,
Namqꝫ homo fœlicem lucis peruenit ad ortum.
Sic vos & lachrimę, ſic pectora mœſta manebūt,
Cum me ſuſpenſum furca luſtrabitis alta.
Sed tamen in tantis nō vos mea pignora linquā,
Nam rurſus Stigijs ſurgam rediuiuus ab vndis,
Veſtraqꝫ diuino ſolabor pectora vultu.
Illo gaudebit cor veſtrum tempore rurſus,
Et nemo a vobis veſtra hæc pia gaudia tollet.

CANTATE. Ioannis. XVI.

AD charum vado, qui miſerat ante parentem,
Sed nemo ex vobis, q̃ vadam, quęrit, at iſta.

Dicens,

Dicens, triſticia compleui pectora veſtra.
Expedit at vobis, vt regna ſuperna reuiſam,
Ad vos hinc cœlo veniet paracletus ab alto,
Arguet hic veniens totũ de crimine mundum,
Nempe ꝙ in Chriſtũ mundus nõ credit Ieſum.
Iuſtitiæ & cauſa, quia cœlica regna reuiſam.
Iudicium & propter, quia princeps orbis & orci
Iudicium a domino eſt iamdudum paſſus Ieſu.
Dicere adhuc vobis habeo perplurima, ſed iam
Mœſti præ lachrimis, ea non portare poteſtis.
Spiritus at veniens veri, vera ipſe docebit,
Nam nihil a ſeipſo, ſed cuncta audita loquetur,
Et mundo in toto quæ ſunt ventura docebit.
Hic me præclarum faciet mea verba reſumens,
Nã mea ſunt, q̃cunqꝫ parẽs habet, omnia noſtra.
Propterea dixi, vobis mea ſuggeret orſa.

VOCEM IVCVNDITATIS.
Ioannis. XVI.

VEra loquor, ſi quid petitis ſub nõie noſtro,
Ipſe pater vobis tribuet de culmine cœli.
Hactenus in noſtro nil quicq̃ nomine fratres
Oraſtis, petite vobis vt ſint gaudia plena.
Hæc dixi referens tanquam prouerbia vobis.
Tempus erit de patre palam cum dixero vobis,
Non

Non dico vobis q̄ patrem ſim petiturus,
Ipſe etenim genitor credentes diligit omnes.
A patre in hunc mundū veni, rurſuſq; relinquo
Sordifluū hunc mundū, & cœleſtia regna reuiſo.
Ecce palam, dicunt, loqueris prouerbia nulla,
Nunc certo ſcimus, q᷑ noueris omnia Chriſte,
Nec tibi opus multis vt qs te interroget vltra,
Credimus iccirco te miſſum à patre ſuperno.
Chriſtus ad hęc inq̄t, mō̄ creditis, immainet hora,
Cum vos diſperſi proprias fugietis in ædes
Hoſtica Iudæum domino inter tela relicto.
Sed nō̄ ſum ſolus, pater eſt ſine tempore mecū.
Hæc dixi, vt pacem in me habeatis ſemper amici.
Męror & anxietas vobis ſunt orbe ſub iſto,
Fidite, ego mundum, Plutonem, & tartara vici.

IN ASCENSV DOMINICO
Marci vltimo.

IN cœlo & terra eſt mihi p̄ſtita cūcta poteſtas.
Me pater vt miſit, ſic vos ego in omnia mitto.
Ite ergo in totum votis fœlicibus orbem,
Iuſſaq; terrigenis noſtra inſinuate docentes.
Vos Euangelij bona nunctia promite cunctis,
Qui modo crediderit, fueritq; ablutus in vndis,
In virtute patris, gnatiq;, & flaminis almi,
Saluus

Saluus erit. Contra, qui non, damnabitur orcô.
Hos, q crediderint, cõfeſtim hęc ſigna ſequentur.
In virtute Dei lemures laruaſq; fugabunt,
Et varijs linguiſq; nouis mea iuſſa loquentur.
Toxica ſi biberint, diſpendia nulla ſequentur.
Et ſuper ægrotos orabunt, & bene habebunt.
Hæc vbi dixiſſet, cœlos aſcendit Ieſus,
Et ſedet ad dextram patris omnipotentis in alto.

DOMINICA EXAVDI.
Ioannis XV.

CVm veniet cœlo diuus Paracletus ab alto,
Quē pater ille meus noſtro ſub nõie mittet,
Spiritus hic verax de me teſtabitur, & vos
Proinde mei teſtes eritis, per regna per vrbes.
Hæc dixi, offendant ne pectora veſtra procellæ,
Namq; interdicent vobis & flumine & igni.
Tempus erit quo vota putent pręſtare tonanti,
Si vos occidant, in promptu eſt cauſa, parentem
Nõ eqdē agnoſcūt, neq; me, neq; numina ſancta.
Hæc retuli vobis ſi quando incommodet olim,
Vos meminiſſe velim, qa prædixi omnia vobis.

DOMINICA PENTHEcoſtes. Ioannis. XIIII.

Si quis

SI quis in hoc mundo me pectore diligit imo,
Hæc mea ſeruabit præcepta, & verba ſalutis.
Diliget hunc contra pater, atq; ad eum veniemus,
Viſcera & illius habitacula noſtra manebunt.
Non mea verba capit, qui me non diligit, & quē
Sermonem audiſtis, nō eſt meus, imo parentis.
Hæc dixi vobis, mundo verſatus in iſto,
Sed veniens ſupera diuus Paracletus ab arce,
Quē pater ipſe meus mittet, vos cuncta docebit,
Suggeret & vobis, quæcunq; hoc tempore dixi.
Ecce meam pacem do vobis, atq; relinquo,
Non qualem mundus, ſed quā cœleſtia ſpirant
Ponite corde metum, triſteſq; excludite curas.
Vado ego, ſed reducem plauſu excipietis amico.
Si quis amor noſtri pulſaret pectora veſtra,
Subſileretis item ꝙ mundi lubrica linquens,
Ad patrem vado, quia me ſublimior ipſe eſt.
Iam non multa loquar vobiſcum, nā venit ipſe
Sordiflui mundi princeps, neq; ius habet in me.
Vt tamen agnoſcat mundus, quia diligo patrem.
Et ꝙ iuſſa Dei facio, iam ſurgite eamus.

DOMINICA TRINITATIS.

Ioannis. III.

NOcte ſub obſcura Nicodemus adibat Ieſum
Credo, ait, a ſuperis rete veniſſe magiſtrum,
Namq;

Namq; ea ſigna poteſt, q̄ tu facis, edere nemo,
Ni Deus adſiſtat præſenti numine ab aſtris
Chriſtus ait. Tibi vera loquor, tu crede loquēti
Nullus olimpiacas poterit contingere ſedes,
Priſtina ni capiat naſcendi exordia rurſus.
Ille autem inſolita turbatus voce profatur
Quis poterit ceptę reuocare exordia vitæ?
Num ſenior poterit matris prorepere in aluū?
Rurſus et in lucem facili procedere partu?
Chriſtus ad hęc. Niſi quis ſacro ſit fonte renat⁹,
Non heres fiet cœleſtis et incola regni,
Eſt caro quod natū eſt ex carne, ex flamine flat⁹
Quo vult flat ventus, veſtras delatus ad aures
Perſonat, vnde fluat vel quę ſe in regna receptet
Incertum, hoc pacto geritur quoq; cauſa renati.
Qui precor hęc fieri poſſūt? inquit Nicodemus,
Reſpondit Chriſtus, populi tu ductor, & iſta
Nō ſapis, en loquimur quę ſūt bn̄ cognita nobis
Hęc quoq; teſtamur, Sed vos ea tēnitis omnes,
Si terrena adeo conturbant pectora veſtra,
Quomodo credetis ſi cœlica dixero vobis?
Aſtra petet nullus, niſi qui deſcendit ab alto
Filius ipſe hominis rutilis qui præſidet aſtris,
Vt Moſes olim in deſertis extulit anguem,
Sic hominis gnatum tolli in ſublime neceſſe eſt,
Vt qui crediderit Chriſto, non Tartara nigra.

Ditis, at æternam capiat poſt funera vitam.

DOMINICA PRIMA.
Trinitatis, Lucæ 16.

Diues erat ſolitus veſtiri murice & oſtro
Quottidie abſumens regali prandia luxu.
En miſer ante fores mendicus in vrbe iacebat
Lazarus vlceribus, multo queque vulnere plenus
De micis cupiens implere cadentibus aluum
Vlcera at illius fidi linxere catelli.
Accidit vt tenues animam exhalaret in auras,
Præſidio angelico cœleſti adiungitur aulæ.
Occubat & diues nigro mulctandus auerno.
Cum vero in medio flagrans Acheronte iaceret,
Abrahami in gremio mendicum vidit, et inquit,
Magne pater miſerere mei, miſerere precantis,
Lazarus huc veniat, linguamque refrigeret vnda
Nam miſer hoc vaſto crucior ſine fine camino.
At ſenior, debes fili meminiſſe bonorum,
Quæ tibi in hac vita ſunt præſtita fœnore magno,
Lazarus eſt contra ſatis oppreſſus iniquis
At nunc ille Dei præſenti numine gaudet
Tu vero æternis ſemper cruciabere flammis.
Inſuper inter nos eſt magnus hiatus, vt ad vos,
Qui tranſire velint nequeant, nec ſcādere rurſus.

Diues

Diues ait. Te quęſo pater, fac ocius ipſe
Lazarus vt noti genitoris tecta ſubintret.
Quinq; etenim fratres habeo, qb⁹ iſta loquatur,
Hi quoq; ne veniant hęc in tormenta gehennæ.
Tum pater inquit, habent vatū documēta piorū,
Hæc capiant docta narrata fideliter aure.
Non pater ille inquit diues, ſed ſi quis ab orco
Venerit in mundum rediuiuus, tum reſipiſcent.
At ſenior, ſi non credent Moſi atq; Prophetis
Nec functis certe rediuiuis funere credent.

DOMINICA SECVNDA.
Lucę. 14.

FEcit homo cęnam magnā, multoſq; vocauit
Et miſit fidum cęnæ ſub tempore ſeruum,
Ad cenā vt iubeat cunctos properare vocatos
Nam dapib. menſę ſtructę ſint largiter omnes
Cęperunt pariter ſeſe excuſare vocati
Primus agrū dicebat emi, Iuga quinq; ſecund⁹,
Tertius vxorem duxi, ſic temnitur hoſpes.
Cōmotus grauiter Dominus vade ocius inquit,
In vicos vrbis, & quos offenderis iſtic,
Adduc loripedes, claudos, cęcos, & egenos.
Factū eſt ſeruus ait, locus eſt tamē vſq; relict⁹.
Tunc ait, i propere, per publica ſepta viarum,

Vtq; epulis adſint, compelle intrare, paratis.
Hoc certe vobis dico, q̄ nemo vocatus
Ex numero hoc tanto cęnam guſtabit opimam.

DOMINICA TERTIA.

Lucæ. 15.

AD Chriſtū ſōtes ꝓperāt, ſcelerūq; magiſtri
Illius ut capiant ęternæ verba ſalutis.
Murmurat impietas ſcribarum, & talia fatur.
Hic peccatorum cōuiuia lauta frequentat,
Accipit inq; ſuam viliſsima ſcorta cohortem.
Iſtis blaſphemis reſpondit talia Chriſtus.
Si quis paſtor oues deſerta per inuia centum
Pauerit, atq; vnam infœlici errore vagantem
Neſcius amittat, num certas deſerit omnes?
Querit & amiſſam in ſiluis per prata per agros?
Si qua forte ſuis ſeſe ferat obuia ocellis
Quam ſi compererit, lętis complectitur vlnis,
Inq; humerū inuentā locat, atq; in ouile reportat
Conuocat in cetum vicinos, ſicq; profatur.
Eſte hilares omnes, lętoſq; reſumite vultus,
Perdita nam dextro genio eſt ouis ipſa reperta.
Et vobis dico, vos hec mea prendite dicta.
Gaudia ſunt ſuperis, quoties peccator ad aras
Commiſſum deflet ſcelus, & pia numina adorat.

DOMI-

DOMINICA QVARTA.
Lucæ. 6.

VEſter vt in cœlis pater ẽ pius atq; benign⁹,
Dans ſolẽ et pluuiã cũctis iuſtiſq; maliſq;
Sic vos eſte pij erga omnes diſcrimine nullo.
Iudicium in fratres nolite expromere falſum
Iuditium temere dictúm Deus arbiter odit.
Vt dimittantur peccata (remittite) vobis,
Donaq; prẹſtentur vobis, date dona viciſſim.
In gremiũ veſtrũ menſuram ex pondere iuſtã,
Confertamq; dabit, qui lucida temperat aſtra
Porro quã dabitis menſurã, hãc ferre neceſſe ẽ.
Addidit his aliq̃t Chriſt⁹ Paradigmata verbis
Si quis forte ducẽ nactus ſit cæcus oberrans,
Incidet in foueam pariter dimerſus vterq;.
Quid p̃cor ipſe vides feſtucã in lumine fratris?
Sed lignum interea proprio non ſentis ocẹllo?
Tolle trabẽ in primis, ꝓprios quẹ turbat ocellos
Hinc fratris minimam tollas de lumine ariſtam,

DOMINICA QVINTA.
Lucæ. 5.

AD Chriſtũ turbæ cunctis de finib. adſunt,
Auribus ut capiant æternẹ verba ſalutis.

Ad mare conſpexit binas in littore naues
Nam piſcatores purgabant retia palmis.
Quæ Simonis erat ſubitis hanc greſſibus intrat,
Et rogat vt ducat puppim a tellure puſillum
Sicq; ſedens populum longo ſermone moratur.
Vt ceſſarat, ait Petro Duc æquor in altum,
Voſq; in capturam laxate volumina lini.
Simon ad hoc. Totam noctem ſudauimus vna,
Nil tamen eſt captum, ſed te mādante magiſtro
Adq; tuum verbum naſſas laxabimus omnes.
Nec mora, cōprehēdūt multos in nōine Chriſti
Squamoſos piſces, ruperunt pondera rete,
At fratrum auxilio naues implentur vtrq;.
Hec vbi vidiſſet Petrus, mox poplite flexo
Procidit ad plantas Domini, ſupplexq; p̄catur
Heus procul hinc p̄ceptor abi peccator ego ſum
Nam ſtupor ex captu fratres circumdedit oēs.
Hic quoq; Ioanni ſtupor accidit, atq; Iacobo
Et dixit Petro, Tu nunc exclude timorem,
Hactenus hamif. ri cępiſtis in æquore piſces,
Nunc homines verbo Domini capietis Ieſu
Nauibus in portum ſubductis omnia linquunt,
Et pariter Chriſtum ſubito comitantur Ieſum.

DOMINICA SEXTA.

Matthei, 7.

Monte

MOnte ſedens populum ſic eſt affatus Ieſus
Ni pietas veſtra eſt potior ꝙ Phariſeorum,
Non certe ętherei capietis gaudia regni.
Audiſtis veteris conſcripta volumina legis,
Si qs forte hominis macularit ſanguine palmas
Aſt ego dico meis, ſi quis conſurgit in ira
Aduerſus fratrem, ille luet ſub iudice plagas.
Qui vero in fratrem conuitia dira loquetur,
Conſilio ille reus. Fatuum qui dixerit, ille
Inferni dignus flammis, ſtigiaq; palude.
Fac igitur ſi quando feres tua munera ad aras.
Et memor hic fueris, tibi quod cũ fratre ſimultas,
Iſtic ante aras diuum tua dona relinque,
Et vade ad fratrem primum, veniamq; rogato.
Demum fraterno iam conciliatus amori
Offer grata Deo tranquillo pectore vota.

DOMINICA SEPTIMA.
Marci. 8.

PLurima cũ Chriſti penderet ab ore caterua,
Nec numero in tãto qđ mãducaret haberet,
More ſuo Chriſtus turbam miſeratus egentem
Cõuocat in cætum fratres, & talibus infit.
Adficior ſuper hac turba, quia tertia lux eſt,

Ex qua nulla ſibi ſumpſere alimenta ciborum,
Etſi ieiunos in nota remiſero tecta,
Deficient miſere præ longa ambage viarum.
Vnde hanc quis poterit, dicunt? ſaciare cateruã
Diſcipuli? Chriſtus quot panes inquit habetis?
Reſpondent ſeptem, paucoſq; ex ordine piſces.
Tum iuſſit populum per amœna vireta cubare,
Et panẽ accipiens poſt ſancta precamina fregit,
Diſcipuliſq; dedit Donant hij rurſus in omnes.
Sic qui aderant dapibus, cũcti ſatiantur opimis
Mox ſeptẽ corbes panũ de fragmine cõplent.
Diſcubuere autem tunc milia quatuor iſtic.

DOMINICA OCTAVA.
Matth. 7.

NE vos ſeducãt Pſeudo obſeruate prophetas
Qui veſte adueniũt ouiũ, ſed corde luporũ
Fructibus ex proprijs vos cognoſcetis eoſdem.
Num quem de tribulis ficus? de ſentibus vuas
Collegiſſe vnquã magno hoc vidiſtis in orbe?
Arbor queq; ſuos profert e ſtipite fructus,
Nulla poteſt arbor putres bona reddere fruct9
Contra nec poterit fructus mala reddere dulces.
Nãq; bonis gaudet ſemper bona fructib. arbor,
Et contra putres fructus mala parturit arbos.
Arbor

Arbor quę fructum non germinat, illa ſecurim
Sentiet, & rapidum Phlegetontis perferet ignē.
Nō omnis qui me Dominū vocat aſtra ſubibit,
Sed qui iuſſa patris complebit corde fideli.

DOMINICA NONA.

Lucæ. 16.

DIſpenſatorem quidam prędiues habebat,
Quem fore & inſidiī certis rumorib. audit
Hunc vocat & tales depromit pectore voces
Quam male diſpenſes, en totus prędicat orbis.
Confeſtim ergo tui rationem redde laboris,
Non vltra poteris bona diſpenſare meorum.
Conſcius ipſe ſibi rapido ſub corde volutat,
Hei mihi nūc quid agā? domini ꝓpellor ab ęde,
Et fodere & duros non poſſum ferre labores,
Et rurſus victum dimendicare pudebit.
Sed ſcio quid faciam, quū munere priuor herili,
Efficiam vt ꝓprios ſumant me in pace penates
Extemplo Domino qui debent conuocat omēs,
Et partem laxat prudenter cuiq; bonorum.
At factum ſerui Dominus laudauit iniqui,
Quod tam prudenter domini fęciſſet in ære.
Nam valde ſapienter agūt mundi huius alumni.
Conflandis opibus, victu rebuſq; caducis,

Contra filioli lucis proleſq; Deorum
Delicijs ſuperum mercandis ſegniter inſtant
Atq; ego diuitibus cunctiſq; iniungo prophanis
Ex fluxis opibus vobis hic reddite amicos,
Vos Deus vt ſuperas poſt funera ſumat in ædes.

DOMINICA DECIMA.
Lucæ. 19.

CHriſtus vbi Solimã Saluator viderat vrbẽ,
Cõfeſtim gemitu & lachrimis ſic fatur obortis
O vtinã ſcires tibi quanta pericula reſtent,
Quæſiſſes hodie tractandæ munia pacis.
Sed proh cuncta tuisnunc ſunt abſcõdita ocellis
Namq; dies venient, quibus infenſiſſimus hoſtis
Obſidione graui te cinget & obruet armis,
Et vallo claudet foſſiſq; anguſta viarum,
Aequabitq; ſolo celſis cum mœnibus vrbem
Precipiteſq; dabit miſere natoſq; patreſq;
In te nec lapidem nec condita tecta relinquent
Dura tuos triſtes conſumet inedia ciues,
Idq; ob eam cauſam ꝙ non cognoueris horam
Quate promiſſus χϱίσοσ inuiſit ab alto
Ingreſſus templum dum ſingula luſtrat eundo,
Repperit hic turbam venalia multa locantem
Pars vendebat oues, pars cõparat ære columbas,

Pars inhians

Pars inhians auro menſas onerauerat ære
Sed Chriſtus facto pręſenti ex fune flagello
Hos mercatores ſancta depellit ab æde
Euertens menſas profuderat æris aceruos
Heus ait extemplo procul hęc auferte prophani
Has ædes genitor ſacris precibuſq; dicauit,
Vos autem hic merces & ſordida lucra paraſtis,
Feciſtiſq; illas luſtra & ſpelęa latronum.

DOMINICA VNDECIMA.
Lucæ. 18.

COnſcendere duo ſpacioſi ad limina templi
Oratum, vt dño perſoluant vota preceſq;
Hic peccatoris, Phariſei hic nomen habebat.
Stabat & inflatus ſacras Phariſeus ad aras
Deſpuit has demens tumido de pectore voces
Hinc tibi ago grates Deus, hinc tibi carmina dico
Quod non, vt reliqui, polluto pectore viuo,
Non ſum periurus, non raptor, auarus, adulter,
Non etiam veluti hic peccator publicus adſtans
Grata mihi ſemper ieiunia ſancta fuere,
Et decimas cunctis de rebus pręſtiti opimas.
At miſer ille procul ſteterat peccator ab aris,
Tollere non oculos auſus cœlumq; tueri
Pectora ſed manibus tundens trepidantia dixit.

Tu precor Alme pater ſuplex mea crimina dele,
Et mihi ſis facilis venturæ mortis in hora.
Vera loquor vobis, redijt purgatus in ędes
Publicus ille ſuas peccator, ſed Phariſeus
Iniuſtus reprobuſq; ſuo in liuore manebat.
Omnis enim qui ſe tumidum facit, ima tenebit,
Et contra qui ſe minimum facit, altior ibit.

DOMINICA DVODECIMA.
Marci. 7.

FInibus e Tyrijs & Sidone venit Ieſus
Ad mare quod fluctu Galileas verberat oras
Ecce loci iſtius homines fœlicibus auſis
Adducunt Chriſto ſurdum mutumq; rogantes,
Prebeat vt ſeſe facilem iuuet atq; miſellum,
Atq; illi imponat clementi numine palmas
Nec mora, De turba Chriſtus ſubduxerat illum
Et digitos ſacros ſurdas demiſit in aures,
Expuit & linguam tetigit, dein ſuſpicit aſtra
Ingemuit tandem dicens illi, Hepheta, quę vox
Perſonat Hebreis. Aperire, atq; auribus audi.
Confeſtim occluſę ſunt aures huius apertę.
Et linguæ illius ſunt vincula quæq; ſoluta,
Et cępit rite perfectas reddere voces.
Id quoq; ne cuiquam dicant pręcepit Ieſus.

Sed

Sed quanto magis ille vetat, tanto amplius illi
Vndiq; collecti miracula tanta loquuntur,
Attonitiq; ſuper rebus prǽſentibus aiunt.
Heus bene cuncta pius fecit virtute ſuperna
Surdis auditum, mutis dedit atq; loquelam.

DOMINICA DECIMATERTIA.
Lucæ. 10.

FOElices oculi quibus eſt conceſſa poteſtas
Hic ſummi ſpectare Dei miracula Chriſti.
Multi etenim optarunt reges multiq; Prophetę
Hos ſpectare dies, ſanctoſq; audire lepores.
Protinus exurgens Legis Vatumq; peritus
Tentabat Chriſtum tumidiſq; ita faucibus infit,
Quid faciam vt vitę nanciſcar dona Magiſter?
Chriſtus ad hęc, legis quid mõſtrat littera ſcriptę
Dilige(ſic ſcriptum eſt inqt) ex corde Tonantē
Tota mente, animo toto, & conamine toto.
Deniq; par in amore tibi ſit proximus omnis
Chriſtus ait, fac iſta, feres poſt fata ſalutem.
Ille volens iuſtum ſe reddere dixit Ieſu
Scire velim quis ſit meus iſto proximus orbe.
Chriſtus ad hęc, Solima quidã deſcẽdit ab vrbe
In Hiericho, hic gladios et verbera dura latronũ
Pertulit, & poſtquam ſpoliarunt veſtib. illum,
Exanimis

Exanimis iacuit deſerta per arua relictus.
Accidit hac vt iter tranſiret forte ſacerdos,
Atq; illo viſo nihil eſt miſeratus egentem
Preterit & miſerum inſalubris Leuita relinquens
Tandē iter hoc ſimili greſſu Samarita profectus
Viſo hōie ingemuit, dein vulnera ſanguinolēta
Alligat infundens oleū & vinū, huncq; reponit,
Iumento ad ſtabulum clementi pectore ducens,
Protulit e loculis nummos, & talibus infit.
Hunc hoſpes cura, & ſi quid donaueris vltra,
Me redeunte domum pro virib⁹ omnia ſoluam.
Fare age, qs tibi in his huic ꝓximus eſſe videtur?
Dixit, qui in miſerum pietatem exercuit ipſum
Hoc q̄q; Chriſt⁹ ait facito, & penetrabis Olimpū

DOMINICA DECIMAQVARTA
Lucæ. 17.

ACcidit vt Chriſtus Solimā tranſiret in vrbē
Per Galileorū & Samaritum venerat oras.
Dumq; intrat paruam ſocijs comitantibus vrbē,
Occurrere decem fœdati corpore lepra
Hi procul aſtiterant, & magna voce reſultant
Sis facilis nobis miſeris pręceptor Ieſu.
Quos vbi conſpexit Chriſtus, reſpondit & inqt.
Ite Sacerdotum vos nunc oſtendite turbis.

Nec mora

Nec mora, mundati ſunt omnes inter eundum.
Vnus vbi vidit ſe mundum tabe cruenta,
Glorificans Dominum redijt, grateſq; peregit.
Hic fuit a reliquis ſpretus Samarita miſellus,
Quē ſimul vt vidit Chriſtus, reſpondit & inqt.
Nonne decem fuerant mundati a pondere lepræ?
Quorſum vero abiere nouem, Iudæa propago?
Ex numero hoc tanto ē inuentus nemo virorū,
Qui rediens Domino grates daret altitonanti,
Glorificetq; Deum, niſi hic aduena. Dixit & illi,
Surge, fides tua te ſeruauit, vade, valeq;.

DOMINICA DECIMAQVINTA.
Matthei. 7.

NEmo poteſt dominis ſimul inſeruire duob.
Diliget aut vnū plane, atq; odio alterū ha-
Aut hūc cōtēnet prorſus, venerabitur illū (bebit,
Mammonę atq; Deo non inſeruire poteſtis.
Quare agite hæc memori ſeruetis pectore dicta,
Non vos ſollicitet veſtis, potuſq;, cibuſq;.
Nonne cibo melior vita eſt, & murice corpus.
Reſpicite heus volucres cœli, nō ſemina terræ
Mandant, nō ſudant, fruges nec in horrea cōdunt,
Et tamen in cœlis veſter pater educat illos.
Non igitur volucres longe præcellitis omnes?
Quia

Quis veſtrũ ꝓpriјs cubitũ queat addere mẽbris?
Et cur vos macerat de veſtib. anxia cura?
Reſpicite in campos in prata & amœna vireta.
Candida quo pacto ſub cœlo lilia creſcant,
Non operi incũbunt, nõ nent, nõ ſtamina ducũt.
Vera loquor, ꝙ nec Salomon, qui floruit omni
Regali cultu, tam pulchro adflatus odore eſt.
Nunc ſi gramẽ agri Deus hoc dignatur honore,
Qđ quũ hodie creſcit, rapido cras traditur igni,
Cur non id faciet vobis incredula turba?
Non igitur maceret vos craſtina cura ciborum
Aut potus veſtiſq;, parant hæc omnia gentes
Quin potius primum cœleſtia quęrite regna,
Iuſtitiamq; Dei comprehendite ſpemq; fidemq;
Omnia tum vobis addentur numine dextro.

DOMINICA DECIMA SEXTA.

Lucæ. 7.

IPſe Nayn Chriſtus cum fratrib. ibat in vrbẽ,
Atq; ſequebatur Iudeæ copia plebis.
Vt ventum ad portas turbis comitantibus ipſas,
Ecce ferebatur media defunctus ab vrbe,
Filius hic viduę fuit vnicus, vna ſaluſq;,
Prodit et in funus lachrimãs męſtiſsima mater,
Et magnus ſequitur cętus Iuuenumq; ſenumq;,
Quam

Quam ſimul vt vidit Chriſtus miſeratus egenā
Heus mulier, dixit, lachrimas effundere noli.
Hoc dicto acceſſit propius, tetigitq́ grabatum,
Subſtiterantq́ viri portantes funus, ad illum
Chriſtus ait, Iuuenis tibi dico exurge, ſubinde
Qui defunctus erat, loculi inter ſepta reſedit
Incępitq́ loqui, & genitrici reddidit illum.
His ſuper attonitos rebus timor obruit omnes
Glorificantq́ Deum magna cum voce ſupremū
In nobis vates ſurrexit maximus, aiunt
Inuiſitq́ ſuam Deus alto ex æthere plebem.

DOMINICA DECIMA SEPTIMA. Lucæ. 14.

INgreditur magni Phariſei Chriſtus in ædes
Ad manducandū, ſed ſtabat hydropicus iſtic,
Cumq́ obſeruarent illum, reſpondit Ieſus
Nonne licet feſtis ægrum curare diebus?
Vtq́ tacent, hominem apprenſum curauit Ieſus,
Ac dimiſit eum, poſt hæc reſpondit & inquit
Si cadit in puteum bos atq́ auritus aſellus
Nonne die feſto pecori ſuccurritis omnes?
Et nihil ad Chriſti potuerunt reddere verbum.
Tum ſimile inculcat pręſentibus atq́ vocatis
Accubitum in menſæ quęrentibus ordine primū

Dixit, quum fueris ad prandia lauta vocatus,
Non primis accumbe locis, ne forte vocatus
Te melior, tibi ſit ſurgendum, cumq; rubore
Poſtremum ſeruare locum cogaris in aula
Extrema potius ſedeas mandeſq; cathedra
Vt veniens dominus coram tibi dicat, amice
In ſummũ conſcende locum, tum gloria magna
Hoc tibi erit coram ſimul accumbentibus ipſis
Omnis enim qui ſe ſummum facit, ima tenebit
Et contra, qui ſe minimum facit, altior ibit.
Huic quoq; Saluator, qui ſe inuitauerat, inquit
Quando paras cęnam vel prandia lauta, vocare
Cognatos noli, bona qui tibi reddere poſſunt
Sed claudos, cæcos, inopes tibi delige, qui non
Reddere habẽt, tibi ſed reddetur in ęthere ſũmo.

DOMINICA XVIII.
Matthei. 22.

CHriſtus vbi ṽbo Saduceos vicit, in vnum
Cõueniunt rurſus Phariſei, Ecce vnus Ieſum
Prouocat ex illis inſtructor legis, & inquit (ſter:
Heus bone, qđ magnũ ẽ mandatũ in lege magi=
Chriſtus ad hęc, Venerare deum conamine toto
Tota mente Deum, tota vi cordis amato.
Inde velut teipſum præſentem dilige fratrem,
His

His geminis pendent iuſſis lex atq; prophetæ
Ergo ita collectis Phariſeis, rurſus Ieſus
Quid vobis, inqt, de Chriſto in carne videtur?
Dicite vos, cuius gnatus? quo ſanguine cretus?
Reſpondent illum Dauidis germine naſci
Cur igitur Dauid vocat hunc dominūq; deūq;,
Chriſtus ait, cuncti mox obſtupuere ſilentes
Hocq; rogare die verbum non amplius auſi.

DOMINICA XIX.
Matthei. 9.

INgreſſus nauim Chriſtus traiecit, & vrbem
Appulit in propriam, mox adduxere iacentē
In lecto ęgrotum torpentia membra gerentem
Cumq; fidem illorum firmam vidiſſet Ieſus,
Heus animo eſto bono fili, tibi crimina cuncta
Dimittuntur, ait. Sed tanquā indigna ferebant
Hæc ſcribę, Chriſtumq; nota blaſphemiæ inurūt
Sed ſcrutans renes & pectora dixit Ieſus.
Quis furor in vobis? cur hęc mala veſtra fatigāt
Pectora? num leuius peccata remittere? totum
Quam curare hominem, q̄ dicere ſurge valeq;?
Vt vere agnoſcat mundus quā magna poteſtas

Sit mihi in his terris, ægroto dixit Ieſus,
Tolle tuum lectum & ꝓprias te confer in ædes
Surrexit ſubito firmato in corpore greſſu
Per mediam turbam populi admirantis abibat
Hinc laudes turbæ domino cecinere, ꝙ alto
Tantam virtutem mortalibus addidit ipſis.

DOMINICA VICESIMA.

Matthei 22.

REgnum cœlorū ſimile eſt Hymenea paranti
Regali gnato, miſſiſqꝫ per omnia ſeruis
Compita, q iubeant cunctos ꝓperare vocatos.
Sed cuncti ad regis thalamos tranſire recuſant.
Poſt alios miſit ſeruos, quibus iſta profatur,
Seſe magnifice conuiuia lauta paraſſe,
Altilia & tauros ſumptu mactaſſe ſuperbo.
Illi neglectis dapibus diuerſa ſubibant,
Hic petit agreſtis fumantia culmina villæ
Ille ſuos quæſtus & grata negotia curat
Inſontes reliqui ſeruos tenuere vocati
Et poſt probra neci maleſana mente dedere.
Ac rex commotus miſſo agmine perdidit illos,
Illorumqꝫ vrbem rapido ſuccenderat igni
Hinc famulis dixit, Conuiuia lauta paraui
Sed quoniam indignos ſeſe fecere vocati,
Ite precor celeres per publica ſepta viarum,

Vtqꝫ

Vtq; epulis adſint ad noſtra impellite tecta
Egreſſi famuli, quos offendere, vocabant
Iuſtos atq; malos, eſt nec locus vſq; relictus
At rex ingreſſus conuiuia læta reuiſit
Indutum quendam polluto vidit amictu.
Heus age cur auſus noſtris ſuccedere tectis?
Aſt vbi non potuit mox reſpondere miniſtris,
Hūc iubet in tenebras mox pręcipitare ꝓfundas
Illic ſtridor erit, fletus, ſingultus, & horror
Nam pauci electi multi licet vſq; vocati.

DOMINICA XXI.
Iohan. 4.

Regulus armipotens Galileis vixit in oris,
Cuius erat gnatus morbo vexatus acerbo
Hic precibus Chriſtū ſupplex compellat Ieſum
Vt gnatum ipſius morbo curaret ab omni.
Chriſtus ad hæc dixit. Corā niſi ſigna videtis
Nulla fides vobis. Sed rurſum Regulus inquit
Heus mecū bone Chriſte ꝑcor deſcende, priuſq̄
Aegrotus fato gnatus decumbat acerbo
Vade domū, Chriſtus, ſoſpes tibi filius, inquit.
Credidit hic Chriſti verbis, repetitq; penates
En ſerui occurrunt, gnati cecinere ſalutem,
Mox genitor curæ ſcrutatur tempus & horam.

Atq; vbi cognouit ꝙ tum dixiſſet Ieſus
Vade domū propere ſoſpes tibi gnatus in æde,
Regulus ipſe Deo cum cętu credidit omni.

DOMINICA XXII.
Matthei. 18.

REgnum cœlorū ſimile eſt regiq; hominiq;,
Quē iuuat a proprijs rationē ſumere ſeruis.
Ecce offertur ei ſeruus, qui multa talenta
Debebat, quē (cum non poſſet ſoluere) mandat
Vendi cum pueris, vxore, & debita ſolui
Tū famulus dominū proſtrato corpore adorat,
Heus inquit patienter age, me cuncta daturum
Debita polliceor, Dominus miſeratus egentem
Protinus abſoluit, reddendaq; cuncta remiſit.
Ille autem egreſſus conſeruum offendit & inqt,
Mox tibi, quod debes, ſoluendū ē aut moriendū
Hæc dicens miſerum conſtricto gutture traxit.
Ille rogat veniam ſupplex, ſeſeq; ſpopondit
Cuncta ſoluturum, ſed nil valuere precatus
Imo manu iniecta conſeruum in vincula miſit
Donec vel minimum perſolueret ipſe trientem
Porro conſerui quando hęc infanda videbant,
Indoluere ſimul, regiq; hæc omnia narrant.
Tum grauiter motus dominus, ſeruoq; vocato
Heus ait

Heus ait oranti tibi debita cuncta remiſi
Perdite, non itidem cur conſeruo faciebas?
Nec mora, vinxit eũ tenebroſo in carcere, donec
Vltima vel minimi reddatur portio nummi
Et Pater ipſe meus, rutilis qui præſidet aſtris
Sic faciet vobis, ſi non de pectore veſtro
Iuuerit orantum delicta remittere fratrum.

DOMINICA XXIII.
Matthei. 22.

COnſultat rurſus phariſaica factio Chriſtum
Vt verbis capiat, ſumptoq; ſatellite regis
Diſcipulos mittunt coram qui talia promant
Scimus veridicum te nunc veniſſe magiſtrum,
Nec tibi de quoq̃ cura eſt, nec reſpicis vllum
Dic ergo, an liceat nobis preſtare tributum?
Ille vbi conſpexit vapidi penetralia cordis,
Quid me verſuti, dixit, tentatis inique?
Oblatoq; auro, viſoq; numiſmate cenſus
Cuius imago, inquit, cuius inſcriptio? dicunt
Cęſaris. At Chriſtus mox intulit, ergo tributum
Reddite Cęſaribus, ſummoq; holocauſta parenti
Hoc dicto ſtupidi, cuncti illo abiere relicto.

Matthei. 9.

VNus primatum Chriſtū reuerenter adorat,
Ah mō defuncta eſt mea filia,funus acerbū
Ipſe veni atq; impone manū,tūc functa reſurget.
Haud mora cum ſocijs illum eſt comitatus Ieſus
En mulier,fluxus quam bis ſex torſerat annis
Sanguinis, & totū in medicos ꝓfuderat aurum,
A tergo accedens ſic credula cogitat,o ſi
Extremam Chriſti poſſem contingere veſtem
Salua ſtatim fierem, Tū Chriſtus dixerat illi,
Filia ne trepida,tua te fiducia ſaluam
Fęcit,& extemplo ſteterat fons ille cruoris.
Atq; vbi veniſſet Chriſtus primatis in ædes,
Et populi audiſſet fremitum vocemq; tubarum,
Cedite mox inquit,non eſt defuncta puella,
Sed tantum placido deuicta ſopore quieſcit.
Talia dicentem populus ridebat Ieſum,
Sed Chriſtus pulſa turba,eiectoq; tumultu
Ingreſſus,dextram tenuit,dixitq; puellæ.
Filia dico tibi confeſtim ſurge valeq;
Protinus exurgit defuncta,cibumq; recepit.
Rumor hic externas Chriſti manauit in vrbes,
Et populi ſummo laudes cecinere tonanti.

IN DEDICATIONE TEMPLI.

Lucæ. 19.

INgreſſus venit Chriſtus Hierichuntis in oras
Ecce vir illuſtri Zachæus nomine fama
Et peccatorum princeps, diueſq; potenſq;
Geſtijt hic Dominũ ſpectare, quis eſſet, Ieſum,
Sed ſua præ turbis implere optata nequibat,
Corpore paruus erat, quare præcurrit in agros
Et quod non habuit natura & corpore, ſupplet
Arboris aſcenſu, quem cum vidiſſet Ieſus,
Heus Zachæe, inquit, celeri deſcendito paſſu
Namq; tuas hodie diuertar oportet in ædes
Nec mora feſtinus deſcendit, & excipit illum.
Hæc vbi vidiſſent Phariſei, murmura miſcent
Quod peccatoris ſceleratas iſſet in ædes.
Stans autem Zachęus ait, Domine ecce bonorum
Dimidium miſeris & egenis pręſto meorum,
Si quem præterea luſi cum fœnore reddam.
Chriſtus ait, domui huic facta eſt virtuſq; ſaluſq;
Filius Abrahami ꝙ ſit quoq; factus & heres
Venit enim ſupera Chriſtus Saluator ab arce
In terram, vt quærat, quę perdita quæq; reducat.

Soli Deo gloria.

PRECATIONES
(QVAS VVLGO COLLECTAS vocant) quibus vtitur Eccleſia diebus Dominicis, a
IOAN. SPANG.
carmine redditæ.

DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

Heus age dirumpat tua diua potentia cœlos
O pater, heus gnatum mitte benigne tuum
Eripi vt e vicijs mereamur te duce cunctis
Noſtra quibus miſere ſaucia corda iacent
Atq; vbi ſint cordis purgata piacula noſtri
Migret in æthereos ſpiritus ipſe choros.

DOMINICA II. ADVENTVS.

Excitet alme parens tua gratia pectora noſtra
Et via ſit gnato iuſta parata tuo
Huius vt extremũ aduentũ expectemus ouantes
Da tandem æterna poſſe ſalute frui.

DOMINICA III. ADVENTVS.

Aure preces facili pater optime ſuſcipe noſtras
Quæſumus & fuſa nos tueare prece

Et noſtri horrendas illuſtra pectoris vmbras
Vt tenebris pulſis lux micet alma tuis.

DOMINICA IIII. ADVENTVS.

Heus age ſumme parēs tua magna potētia mūdo
Fulgeat, & nobis inclyte paſtor ades.
Te duce ſunt noſtræ purgata piacula culpæ]
Te duce ſit rutilo mens ſocianda polo.

IN CHRISTI NATALITIO.

Da famulis pater alme tuis miſteria gnati
Obſequio digno ſic celebrare tui
Vt noua credentes Natalis liberet omnes
Quos vetus illaqueat criminis vſq; iugum.

DOMINICA NATALIS.

Ad tua vota parens actus ſic dirige noſtros
Et nos fac placitum ſemper obire tuum
Vt tibi per Chriſtū meritos ſoluamus honores
Qui ſatus intacta eſt virgine verus homo.

EPIPHANIAE.

Summe parens cuius lux inclyta verberat orbem
Et pulſis tenebris ſidera clara micant
Quiq; tuum gnatum ſtella duce gentibus ortum
Monſtraſti, & Chriſti paruula regna tui
Perpetua concede tuis gaudere ſalute
Et fac tranquillos ſemper habere dies,

Quodq;

Quodq; Magorũ oculis adflaſti & mentib⁹, illud
Splendidulum noſtris cordibus adde iubar.

DOMINICA PRIMA POST Epiphaniæ.

Vota Deus populi ſolita pietate capeſſe
Manſueſcant noſtra numina læſa prece
Vt quid opus facto, puris ſpectemus ocellis
Et duce te ſanctum concomitemur opus.

DOMINICA II.

O pater omnipotens terræq; poliq; creator
Cuius ad hæc nutum machina tota tremit
Tu noſtras admitte preces clementer & audi
Et fac ſecuræ pacis habere dies.

DOMINICA III.

Reſpice q̃ fragilis noſtræ eſt ſubſtantia carnis
Et pater optatam cœlitus adfer opem.

DOMINICA IIII.

O pater in fragili qui tanta pericula carne
Vulnera, & ærumnas, probra, crucemq; locas
Quæſumus vt miſeris p̃ſtes medicamẽ olympo
Quod noſtris ſanctam viribus addat opem

Tu mentes

DOMINICAE.

Tu mentes ægras & corpora feſſa leuato
Corpora lætifero ſemiſepulta thoro
Vt quas ob culpam meruit mens conſcia pœnas
Te duce vincamus, deſq; ſalute frui.

DOMINICA V.

Cuſtodi pater alme tuos pietate perhenni
Qui ſolus noſtræ es portus & aura ratis
Vt qui ſpe ſola diuinæ innitimur auræ
Auxilium liceat ſemper habere tuum.

DOMINICA SEPTVAGESIMAE.

Vota tui populi clementer quæſumus audi
Et pie deuotas ſuſcipe Chriſte preces
Vt qui pro noſtro delicto adfligimur, in te
Abluti æternam percipiamus opem.

DOMINICA SEXAGESIMAE.

Conſpicis alme parens, quā ſit noſtra actio nulla
Quam inualidæ vires inualidumq; caput
Nos precor in cunctis ſolita pietate periclis
Conſerua, & rutili gaudia redde poli.

DOMINICA QVINQVAGESIMAE.

Audi

Audi q̃ſo preces ſupplex pater optime noſtras
Sordibus abſterſis noxia pelle procul.

DOMINICA INVOCAVIT.

Tu ſcelere offenſus pater accipe vota precantum
Et veniat noſter in tua ſancta dolor
Nam peccaſſe pudet, tu tolle flagella benignus,
Quæ peperit famulis lubrica vita tuis.

REMINISCERE.

Magne pater diuũ ꝓprium eſt cui parcere ſemper
Nomen in exhauſtæ qui pietatis habes
Non vis vt pereat peccator crimine merſus
Conuerſus viuat vis benedicte magis
Parce igitur culpis, & quæq; libidine turpi
Irrepſere animis te miſerante cadant.

DOMINICA OCVLI.

Quæſumus alme parens tu reſpice vota piorum
Subq; tuis alis plebs tua tuta cubet.

LAETARE.

O pater ex noſtris qui iuſte adfligimur auſis
Et quos infandum trudit ad ima ſcelus

Da

DOMINICAE.
Da precor abſterſis diuina palatia culpis
Vt tuus æterno tempore duret honor.

IVDICA.

Conditor alme tuũ qui noſtra ob crimina gnatũ
Vt nos eriperes e Phlegetontis aquis
Sponte ſua noſtræ tolerantem incommoda vitæ
Paſſus es horrenda morte ſubire crucem
Fac vbi putre cubat tumulo poſt fata cadauer
Migret in æthereas ſpiritus ipſe domos.

DOMINICA PALMARVM.

Rex hominũ & ſummi ſoboles æterna parentis
Pro noſtra veniens Chriſte ſalute mori
Qui ſubis erumnas mortali in corpore noſtras
Pro nobiſq; ferens vulnera, tela, crucem,
Impia qui proprio purgaſti ſanguine ſecla
Merſa luto ſcelerum quæ iacuere diu
Tu noſtri miſerere deus miſerere tuorum
Te dignum noſtris fletibus eſſe ſine
Per madefacta precor tua vulnera mitis adeſto
Ne timeant Stygios conſcia corda lupos
Tu nos Chriſte tuis tu nos defende ſub alis
Abluat effuſus crimina noſtra cruor
Tu via, vita, ſalus, portus, medicina, triumphus,
Tu ſatis es nobis, te ſine nulla ſalus.

DOMINICA PASCHAE.

Summe parens ad regna tuo qui cœlica gnato
Deuicto mortis principe pandis iter
Quas pius aſpiras lachrymas & vota preceſq́;
Implere vt liceat tu Deus adfer opem.

QVASI MODO GENITI.

Da pater omnipotens, vt qui Paſchalia feſta
Et Chriſti lætos egimus vſq; dies
Da precor vt noſtris ſint conſona pectora verbis
Et quod verba docent, id quoq; facta probent.

MISERICORDIA DOMINI.

Sancte parens humili qui perdita ſecula gnato
Erigis, e populo triſtia deme tuo
Et quos perpetuæ rapuiſti e carcere mortis,
Hos fac æterna pace boniſq; frui.

IVBILATE.

Qui miſerum reuocas a crimine Chriſte popellū
Et verum vero lumine pandis iter
Chriſtigenis concede tuis, tua uota ſequantur
Quæq; tuo verbo ſunt inimica, negent.

CANTATE.

Qui

DOMINICAE.

Qui facis vnanimem concordi pectore plebem
Et Chriſti geminos verba ſubire polos
Quodq; iubes concede tuis id amare popellis
Et tua quæ ſpondes poſcere vota lubens
Mundanas inter res vt ſint pectora noſtra
Fixa vbi ſunt ſummo gaudia vera polo.

VOCEM IVCVNDITATIS.

O Deus, vnde fluit rerum farrago bonarum
Porrige ſupplicibus numina ſancta tuis
Vt memores quod ſit teneamus te duce rectum
Teq; gubernante perficiamus idem.

IN ASCENSV DOMINICO.

Da pater omnipotens, vt qui cœleſtibus auſis
Ad cœlos gnatum credimus iſſe tuum
Dum manet in terris putre & mortale cadauer
Viuat Olympiacis ſpiritus ipſe choris.

EXAVDI.

Sit pater in nobis ſemper tua ſancta voluntas
Et tibi fac dignas pangere corde preces.

DOMINICA PENTHECOSTES.

E O pater

O pater omnipotens, qui credula corda tuorum
Impleſti rutilo pneumatis igne ſacri
Aethereum noſtris iubar implue ſenſibus illud
Cœtus Apoſtolicus quo ſolidatus erat
Vt rectum ſemper mens cogitet, osue loquatur
Atq; operi diuam ſpiritus addat opem.

DOMINICA TRINITATIS.

Summe Deus triadem puro qui pectore ſanctam
Donaſti famulis credere poſſe tuis
Et monadem lachrymis in maieſtate profuſis
Poplite & flexo numina ſcire Dei
Vt fidei inuicto firmatos robore ſanctæ
Quæſumus a cunctis nos tueare malis

DOMINICA I.

Magne parens in te ſperantum maxima virtus
Quin patula noſtras accipis aure preces
Nam ſine te fruſtra mortales cura remordet
Hic vbi diuina deſtituuntur ope
Te duce fac leges implere fideliter omnes
Quapropter ſuperam tu pius adfer opem
Intrepidi vt Chriſti poſſimus adire tribunal
Et poſt fata ſacro viuere in Elyſio.

DOMINICA II.

O pater omnipotens celſi fabricator Olympi
Munia fac aures noſtra mouere tuas
Sit timor in nobis & amor, ſit gloria, virtus,
Magnifice nomem fac celebrare tuum
Nunq̃ etenim abs te aliquis nõ exauditus abiuit
Quem tibi cœleſtis numine iunxit amor.

DOMINICA III.

Sancte parens in te ſperantum vita ſaluſq;
Et cuſtos plebis ſpeſq; decuſq; tuæ
Quo ſine nil validũ, nil ſanctum permanet vnq̃
Imple tu nobis cum pietate fidem
Vt duce te mundi commeritia vana peroſi
Intret in æternas ſpiritus ipſe domos.

DOMINICA IIII.

O pater omnipotens mundi tu dirige curſus
Te duce ſit nobis pax bona, vita, ſalus,
Fac pareat fidei ſanctos Eccleſia fructus
Te duce tranquillos viuat agatq; dies.

DOMINICA V.

Omnipotens æterne Deus qui ſponte paraſti
Dilectis famulis cœlica regna tuis

Viuificum noſtris infundito cordibus ignem
Noſtris ſynceram ſenſibus adde fidem
Vt te laudantes celebri ſuper omnia cantu
Promiſſis liceat ſemper adeſſe tuis.

DOMINICA VI.

Heus age virtutū cultor, bona cuncta gubernans
Quiq́ꝫ ſub his aſtris optima quæq́ꝫ creas
Inſere pectoribus cœleſtia numina noſtris,
Creſcat & in nobis fac precor alma fides
Vt bona quæ dederis foueas, & numine ſacro
Quæ data ſunt ſerues, & pietate colas.

DOMINICA VII.

Summe parens, cuius nulla in re fallitur ordo
Omnia & arbitrio ſtantq́ꝫ caduntq́ꝫ tuo
Fac precor a nobis vt noxia quæq́ꝫ repellas
Et bona quæ proſunt reddito cuncta pijs.

DOMINICA VIII.

Pneuma tuū largire ſacrum pater optime nobis
Implue viuificum in pectora noſtra iubar
Fac age q̄d rectum, quid ſanctum, q̄due decorū
Mens capit & promunt guttura, facta probent

Vt

Vt ſine te nullam qui viuere poſſumus horam,
Exigere indultos te duce præbe dies.

DOMINICA IX.

Vota Deus facili pia quæſumus aure capeſſe,
Et noſtræ veniant in tua ſancta preces
Supplicibuſq; tuis vt præſtes dona cupita
Fac tibi quæ placeant, poſcere ſemper opes.

DOMINICA X.

Summe pater, cuius diuina potentia fulget
Parcendo ad geminos & bonitate polos
Fac tua manſueſcat noſtro cenſura precatu
Gratia ſit famulis conciliata tuis
Ad tua ſupplicibus currentes munia votis
Fac poſt æthereas fata ſubire domos.

DOMINICA XI.

Alme parens fidei fons & pietatis origo
Qui populo adſpiras vota preceſq; tuo
Fac tua nos foueat pietas, tu crimina purga
Et duce te lapſis gratia præſtet opem
Cõſcia quas meruit mens noſtra abradito culpas
Vt noſtræ veniant in tua regna preces.

DOMINICA XII.

O pater omnipotens de cuius munere venit
Vt tibi credentes congrua dona ferant
Ad tua nos lachrymis fac currere vota profuſis
Præcludant noſtram ſcandala nulla viam.

DOMINICA XIII.

Da pater vt ſanctum plebs credula ſpiret amorē
Creſcat & in famulis ſpeſq; fideſq; tuis
Et tua vt illuſtri capiamus vota triumpho
Fac quæ decernis ſemper amare lubens.

DOMINICA. XIIII.

Stet tua ſancte parens Eccleſia pace perhenni
Et duce te inuicta ſit ſolidata baſi
Nam ſine te languent humano in corpore vires
Et rumpunt vigiles ſtamina noſtra deæ
Quæſumus adfer opem, fac noxia quęq; repellas
Et noſtra auxilijs dirige vota tuis.

DOMINICA XV.

Sit Deus alme tua pietate Eccleſia munda
Et plebs auxilio ſit ſolidata tuo
Et quia ſalua poteſt ſine te conſiſtere nunq̃
Semper eam ſtabilem numine redde tuo.

DOMI-

DOMINICA XVI.

Nos pie præueniat tua gratia noſq; ſequatur
Vt ſanctum in nobis ſemper abundet opus.

DOMINICA XVII.

Da Deus infernæ contagia dira cohortis
Et fugere humani ſpurca venena luti
Vt tua ſincera ſectemur dogmata mente
Fac lætum in ſuperis tempus habere choris.

DOMINICA XVIII.

Dirigat omnipotens pietas tua pectora noſtra
Nam ſine te nihil eſt poſſe placere tibi.

DOMINICA XIX.

Cuncta Deus nobis aduerſa exclude benignus
Adſis ſupplicibus rex benedicte tuis
Vt poſiti pulſis in libertate procellis
Quæ tua ſunt ſuperum vota ſequamur ope.

DOMINICA XX.

Quæſumus alme pater populo largire fideli
Et ſine ſorde animos, & ſine lite dies.
Vt ſimul offenſa & macula purgatus ab omni
Supplice te ſemper excolat ore Deum.

DOMINICA XXI.

Te pater omnipotens deuoto quæſumus ore
Cuſtodi plebem pro pietate tuam
Libera vt in cunctis te ſit cuſtode periclis
Et tibi ſynceras ſoluat agatq; preces.

DOMINICA XXII.

Spes noſtra & virtus, ſcutum, munimen, aſylum,
Publica Chriſtigenum ſuſcipe vota Deus
Qui pietate vales, da cum virtute potiri.
Quod petimus fuſa credula turba prece.

DOMINICA XXIII.

Ablue quæſo tui pater o delicta popelli
Quæ genus humanum ſub ſua iura trahunt
Vt peccatorum deterſis te duce vinclis
Poſſimus rutili regna ſubire poli.

DOMINICA XXIIII.

Quæſumus omnipotens tua gratia velle tuorum
Excitet, & noſtrum numine firmet opus
Vt fidei fructus ſolida hic pietate ferentes
Poſtmodo cœleſtem percipiamus opem.

DOMINICA XXV.

Huc

DOMINICAE.

Huc ades alme parens, tua magna potentia tecũ
Qua Phlegetontiacos obruis ipſe Deos
Quaſq; tuæ plebi clemens prouiſeris olim
Vſq; tua in finem gratia ſeruet opes.

PRO ECCLESIA.

Ad te conſcendant noſtri pie Chriſte precatus
Atq; tuis famulis omne repelle malum

PRO PACE.

Qui dator es pacis, cuſtos rex Chriſte & amator
Qui potes optatæ ferre ſalutis opem,
A cunctis defende tuos turbiſq; maliſq;
Vt duce te hoſtilis ſint procul arma viri.

PRO CASTITATE.

Vre tui ſancto diuini numinis igne
Et renes noſtros cordaq; noſtra Deus
Vt tibi & integro placeamus corpore ſemper
Et mens in cultu caſta ſit vſq; tuo.

PRECATIO MATVTINA.

O Deus humanæ ſpes vnica & optima turbæ
Qui ſine fine manes principioq; cares

Non auerte tuos,quibus omnia cernis, ocellos
Sed nos a cunctis protege quæſo malis
Reſpice me miſerum cœli fabricator & orbis
Me rege per totum pro pietate diem
Tu mihi ſis clypeus,robur,ſolamen, Aſylum
Tu ſolus famulos pace beare potes
Me totum commendo tibi,tibi fidere tutum eſt
Te penes & ſolum vita ſaluſq; manet.
O Deus,o rerum pater,o rex inclyte Chriſte
Fac tibi ſyncero corde placere queam
Vtq; tui maneam ſtudioſus nominis,atq;
Diſcam mundanas ſpernere delicias
Vtq; tibi toto poſſim confidere corde.
Et fac ne ſæuo preſens ab hoſte,cadam.

PRECATIO VESPERTINA.

Tu mentis noſtras illuſtra quæſumus vmbras
Inſidias noctis Chriſte repelle procul
Nos ſalua & lucem nobis concede perhennem
Et benedic populum rex benedicte tuum
Me tibi commendo,tibi me iam porrigo Chriſte
Clemens tu famulum protege quæſo tuum.

TRIVM-

TRIVMPHVS CHRISTI HEROICVS.

CVm faber aſtrorũ mortis pateretur acerbum
In cruce ſupplicium, ſeſe non poſſe dolores
Ferre creatoris, mundus clamabat & aſtra
Igniuomi ſolis, lumen nox abſtulit atra
Contremuit tellus, ſcopuli, rupeſq; dehiſtunt
Et quid opus multis, lugebant cuncta creata,
Rex cœli vt Chriſtus Phlegetontis regna ſubiuit
Princeps regali Pluto proſpexit ab aula
Ad ſua dum ſenſit concurrere limina Chriſtum
O ſocij exclamat, Iam tempus ſumere tela
Quandoqdē hic ſaniæ pfuſus mēbra ppinquat
Prędaturus opes noſtras vmbraſq; animaſq;
Scandite tecta alacres, hoſtemq; a limine telis
Arcete obiectis, multa & compage ſerarum
Regalem interea nos hic tutabimur armis
Obicibus crebris & duris vectibus aulam
Agmine facto illi ſumma ad faſtigia currunt
Vocibus horriſonis & tecta & mœnia complent
Ecce autem Chriſtus per tætra ſilentia rupit
Lumine ſidereo, claraq; in luce refulſit
Heus agite vmbrarum proceres, attollite portas
Portarum ſeras, & magnos demite vectes
Quid miſeri audetis cõtra capere arma tonantē?

Hic

Hic ego rex veſter, fruſtra eſt obſiſtere regi
Hæc vbi dixiſſet ſubitus pauor occupat omnes
Turmatim effugiunt, vlulatibus aera complent
Nec mora cum ſonitu poſtes cecidere ſolutis
Cardinibus, magnamq; dedit collapſa ruinam
Ianua, & admittunt concuſſa palatia Chriſtum
Obſtupuit prior ipſe Charon, ſeq; abdit in vlua
Et canis obſtupuit claudens tria Cerberus ora
Gorgones Harpiæq; tremunt pauet ipſa Megera
Tiſiphone, Alecto, perculſæ luce moleſta
Vltrices, diræ, furiæ, Parcæq; ſorores
Et quid multa ſilent, gemitus, tormenta, dolores
Quo ſimul ingreditur, Chriſt⁹ tremere oĩa cir=
Sed gaudẽt animę ſanctę, maneſq; piorum (cum
Primus Adam ante alios palmas ad ſidera lætus
Extulit, & dominum deuota eſt voce precatus,
Expectate venis miſeris o ſancte redemptor
Da requiem finemq; malis fer ad aſtra redemptos
Sic pater Habramus, puer Iſacus atq; Iacobus
Procedunt alacres, iuxta formoſus Ioſeph
Et Moſes ſanctus & vita inſignis Aaron
Et Ioſue inuictus, reliqui regeſq; duceſq;
Et patriæ vindex Machabeus origine Iudas
Inde alij patres fama ſuper ethera noti
Candidus ille chorus Chriſtũ reuerenter adorat
Regius ante alios vates notiſſima proles
Stirpis

Stirpis Ieſſeæ cytharam tangebat eburno
Pectine, & ad numeros vna omnes voce precati
Dulce melos pangunt concordi carmine vates
Ante alios iuuenis qui Chriſtũ nuper ad vndas
Tinexerat, hic letis concentibus agnifer ibat
Salue herebi victor, domitor ſalue inclite mortis
Deſtructor ſcelerum, ſalue o fortiſſime vindex
Amiſſæ vitæ, Salue o ſpes vna ſalutis
Aſpice plaſma tuum Sancte & venerande creator
Et poſt tot gemitus nos duc ad regna polorum
Tum Chriſtus verbis animas adfatur amicis
Ponite corde metum triſtes ſecludite curas
Ipſe vbi tempus erit vos ad mea regna reducam
Hæc dicens fractis portarum molibus intrat
Horrendi ditis regnum, quem protinus inde
Extractum vinclis & carcere frenat opaco
Horrendum ille tonans nequicꝗ palpitat artus
Inmordetq; feras indignaturq; teneri
At Deus ille Stigis domitor phlegetonte relicto
Intulit Eliſio raptos de carcere patres
Hinc redit a tumulo rediuiuus peruigil ipſum
Miles vbi clauſum ſtudio ſeruabat inani
Quos tremor attonitos ſic fecerat, vt neq; dictis
Auderent contra aut ſumptis inſurgere telis
Sed Solimam ingreſſi magnis terroribus vrbem
Surrexiſſe aiunt magno cum robore Chriſtum

Interea

Interea ſeſe vitæ reparator amicis
Diſcipuliſq́ꝫ ſuis rediuiuum prębuit, & poſt
Quadraginta dies cœleſtia regna reuiſit
Quē mox venturū rurſum expectamus ab alto,
Arbiter vt iuſta cunctis det præmia lance

TROPHEVM CHRISTI.

Rex ergo noſter Chriſtus ſuper omnia regnat
Et veluti quondam belli ſtatuere Trophæa
Magnanimi Graium proceres, regeſq́ꝫ Latini,
Sic Chriſtus ſtatuit celebris victricia pugnæ
Signa ſuæ, ſigna æternos manſura ſub annos.

CRVX.

Arboris ipſe crucem poſuit venerabile lignum,
De cuius ramis fractis ceruicibus huius
Vincti dependent oculis turgentibus hoſtes.

PLVTO.

Ante alios Stigius pluto de ſtipite pendet
Arcubus attritis, tælis, laqueis, pediciſq́ꝫ.

MORS.

Hinc alia mortis de ſtipite pendet imago
Pallida, cæca, ferox, elinguis, frigore torpens
Dentibus excuſſis & truncis naribus ora
Horrida commonſtrans & hyantia guttura late

INFERNVS.

Fronde alia inferni dirupti ianua pendet
Poſtibus attritis, cum cardinibuſq́ꝫ ſeriſq́ꝫ.

MALA

MALA CONSCIENTIA
Ira Dei.
Frōde alia Ira Dei, & ſibi mens male cōſcia pēdēt
Omnia quæ Chriſti roſeo ſunt terſa cruore.
CHYROGRAPHVM.
Fronde alia patris primæui Syngrapha pendent
Dilaniata modis miſeris extinctaq; prorſus.
MVNDVS.
Tandem ſordifluus valido de ſtipite mundus,
Plenus diſſidijs & multo crimine pendet
Et variæ pompæ, & crudelia facta tyrannum.
VICTORIA CHRISTI.
Hos hominum Chriſtus ſæuos abſorbuit hoſtes
Vt neq; iam poſſint vltra damnare fideles
His æquidē tentare datum, ſed vincere noſtrū eſt
Id quoq; per Chriſtum, cuius victoria noſtra eſt.
Cum patre, qui æternum ſctō cū flamine regnat.
Amen.

VITEBERGAE APVD
Georgium Rhau.
1 5 3 9.
Menſe Aprili.

BIBLIOTECA
VITTORIO EMANUELE